



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1351 usque ad annum 1414

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118278**

§. 59. Rex Ladislaus decedit.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66293](#)

chi Cantuarienses: at Rex suffragia eo-  
rum approbare noluit, nisi Papa consenti-  
ret. Qui hinc accepit ansam vendicandi  
fibi plenam hujus Ecclesiæ collationem;  
postquam Monachorum electionem infir-  
maverat. Davidianensis in Wallia Epis-  
copatus traditus est Doctori Stephano  
Patringtono Carmelitæ Regis arcano Ju-  
dici doctrinæ fama clarissimo.

### §. LIX.

#### *Rex Ladislaus moritur.*

Post Laudense colloquium Papa Joannes

Placentiam, tum postremo Januarii  
anno 1414 Cremonam, inde Bononiam  
venit sub initium verni jejunii, cujus pri-  
ma dies hoc anno erat 22 Februarii. In-  
terim Rex Neapolis Ladislaus continuos  
in Italia progressus faciens Papam, ut ex  
urbe Roma pepulerat, ita ex Bononiae  
moenibus extrudere statuit: quo fine ma-  
gnum exercitum ineunte Junio collegit.  
Quæ res pavore implevit Cardinales, to-  
tamque Papæ Curiam: at ipse contra-  
hebat copias, ac tueri se cogitabat.

Sed cuncti ex terrore receperunt ani-  
mos, cum audiissent, versantem cum exer-  
citu Ladislaum periculoſo correptum  
morbo fecedere coactum esse. Reipsa

A.C.1414.

Rayn. n. 56.

Th. Niem.

vit. c. 39.

Sæcul. XV. Neapolim reversus ibi 6 Augusti vitam  
A. C. 1414. edidit, cum annos viginti quatuor regnaf-  
set. Solium dein conscendit soror ejus  
Joanna II quadraginta quatuor annos ha-  
bens.

## §. LX.

*Papa Joannes urbem Constantiam  
adit.*

Tum Papa Joannes Romam petere, ac  
reliquis cum terris Ecclesiæ recupe-  
rare voluit. Sed Cardinales fortiter ob-  
sistebant, si se illuc transferret, non inde  
rediturum ad agendum ex promisso Con-  
cilium, nec Ecclesiæ membra disjuncta  
conjunctionem iterum, aut correctum iri  
prævidentes. Exponebant, ei præsenti  
curanda esse negotia sacra, Legatis, ac  
Prætoribus permittenda profana. Tan-  
dem Constantiam proficiisci statuit quan-  
quam invito animo. Faciebat maximos  
apparatus vestium, sapellectilis pretiose,  
ac gemmeorum ornatuum, ut cum splen-  
dore compareret in concilio, suasque  
ibi opes monstraret. Relicta Calendis  
Octobris Bononia Veronam, dein Triden-  
tum venit.

Tyrolim transiens subsistebat Meraniæ  
parva Curiensis diœcœsos urbe, ubi resi-  
debat Fridericus Austriæ Dux, quem in-  
visit,

Th. Niem.  
e. 40.